MISSALE ZAGRABIENSE

Diözese Agram, 3. Viertel 15. Jh. Seite 328v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Tu aspirando das spiri
tales esse homines. Tu diuisum
per linguas mundum et ritus
adunasti domine. Ydolatras
ad cultum dei reuocas magistrorum
optime. Ergo nos suppli
cantes tibi exaudi propicius
sancte spiritus. Sine quo preces omnes
casse creduntur et indigne
dei auribus. Tu qui omnium
seculorum sanctos tui numinis do
cuisti instinctu amplecten
do spiritus. Ipse hodie apostolos christi
donans munere insolito et
cunctis inaudito seculis. Hunc
diem gloriosum fecisti. Sancti
spiritus assit nobis gratia. De sancta

Benedicta trinitate.
semper sancta sit tri
nitas deitas scilicet unitas
coequalis gloria. Pater filius
sanctus spiritus tria sunt nomina omnia
eadem substantia. Deus genitor
deus genitus in utroque sacer
spiritus deitate socius. Non tres
tamen dii sunt deus uerus unus est
sic pater dominus filius spiritusque sanctus.
Proprietas in personis uni
tas est et in essentia. Maiestas
par et potestas decus honor
eque pomnita. Summa ma
ria contines arua simul
et uniuersa condita. Quem
tremunt impia tartara co
lit quoque que et abyssus
infima. Nunc omnis uox
atque lingua fateatur hunc
laude debita. Quem laudant
sol atque luna dignitas ad
orat angelica. Et nos uoce
prelsa os modulemine organica
cantica dulci melodia. E
ya et eya nunc simul et iubi
lemus altithrono domino
laudes in excelsis. O uene
randa trinitas. O adoranda
unitas. Per te sumus creati
uera eternitas. Per te sumus re
dempti summa tu caritas.
Populum cunctum tu protege
salua libera et emunda.
Te adoramus omnes tibi
canimus tibi laus et gloria.
Per infinita secula seculorum.
Infra tres dies in offi
cio de trinitate incipe
a uersiculo. O ueneranda
trinitas. continuando usque

ad finem. De corpore christi.